



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 75. Regium diploma pro acceptanda Pontificis Constitutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. epistolam gratulatoriam, gratesque eidem esse referendas. III. Omnes quoque Regni Episcopos epistola encyclica monendos esse, ut uniformi, quantum fieri poterit, mandato præfatam Constitutionem, nil eidem addendo vel demendo, in omnibus suis Diæcesibus recipi ac promulgari jubeant. IV. Grates pariter Regi reddendas pro patrocinio hac in re Ecclesiæ impenso, & pro confidentia & bonitate erga Clerum in suis literis comprobata. V. Supplicandum Regi, ut hanc Constitutionem in toto Regno ad acta referri & promulgari, Regio edicto præcipiat, insertaque clausula prohibeat, ne existimati exempti, qui se Ordinarios dicunt, hanc causam cognoscere præsumant: Postea Præsules hujus Constitutionis verba & argumentum non modo eruditè sed & solidis animadversionibus illustrarunt, ac sequenti die hanc Deputatorum sententiam exequi decreverunt.

§. LXXV.

Regium diploma pro acceptanda Pontificis Constitutione.

Recueil l. c. Cuncta hæc Cleri Gallicani conclusa Franciæ Rex summa animi lætitiâ excepit, eaque expectationi suæ, votisque consona reperiens, hosce Præsules

fules plurimum commendabat, quod Sæc. XVII.
 in Pontificis Constitutione Spiritum & A. C. 1705.
 Ecclesiæ doctrinam, cui Franciæ Cle-
 rus semper inviolabili fide adhæsit,
 agnoscentes, reverentia Ecclesiæ Ca-
 pituli a Deo constituti debita eandem
 receperint. Eapropter edito Versaliis
 diplomate Regio die ultima Augusti
 præcepit, ut hæc Papæ Constitu-
 tio a Regni Archiepiscopis & Epi-
 scopis in Parisiensi Conventu congre-
 gatis acceptata in omnibus locis reci-
 piatur, promulgetur, & juxta formam
 & tenorem suum effectui detur. Pa-
 riter omnes Archiepiscopos, ac Regni
 Episcopos hortatus est, eisque injunxit,
 ut in omnibus Diæcesum suarum Ec-
 clesiis eandem legi, promulgari, &
 officii actis inseri curent, ac uniformi
 modo observari jubeant, ut pax inde
 sperata in charitate inviolabiliter con-
 servetur, & altercationes, quibus ea
 hucusque turbata erat, haud ultra re-
 noventur: cumque *Ecclesiæ judicium
 circa doctrinam præcipue Personis & cha-
 racteri Episcoporum sit reservatum*, idque
 eis nullo privilegio adimi possit, hinc
 Rex voluit, ut suum diploma non ob-
 stante quacunque exemptione, privi-
 legio &c. observetur, ipsi etiam Parla-
 mento Parisiensi Rex præcepit, ut si
 nihil Sacris Decretis, Canonibus, Regii
 R 3 sceptri

Sæc. XVII. sceptri juribus, & prærogativis, aut
 A. C. 1705. Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus in præ-
 fata Constitutione contrarium reperiri
 confiterit, Regias hæc literas una-
 cum Pontificis Bulla prælegi, publi-
 cari & ad tabulas referri curent, ejus
 tenorem observent, & ab omnibus Cu-
 riæ Regiæ subditis observari satagant.
 Denique Curie Ministris mandavit, ut
 requisiti ad exequendam hanc Consti-
 tutionem Archiepiscopis & Episcopis
 auxilium opemque brachii sæcularis
 præstent.

§. LXXVI.

*Cleri Gallicani epistola ad Papam.**Recueil l. c.*

Quamprimum Cleri Gallicani Præla-
 tes hæc Regis literas receperant,
 mox sequenti Mense datis ad Clemen-
 tem Papam literis eundem de unanimi
 eorum consensu, & Bullæ acceptatione
 certiore reddidere, hisce verbis:
 „Quantum nobis metuendum videba-
 „tur, ne, quæ sopitæ credebantur,
 „circa Jansenismum contentiones,
 „acrius reviviscerent, tantum nunc
 „Sanctitati Vestræ gratulamur, tumu-
 „tus, qui recens apud nos inquieto-
 „rum hominum contumacia fuerant
 „excitati, ipsius prudentia simul, &
 „auctoritate fuisse compressos, firma-
 „tam